Fragmentarium

fluxit q; lac cum ſanguine.
Accedentes autem angeli.
corpus eius per aera detule
runt in montem ſynai. u
bi inter innumera miracu
la que fiunt ibidē. hec eſt u
num inſigne quod de ſepul
chro ipſius oleum inceſſan
ter dicatur emanare. Paſſa
eſt autē feria ſexta. hora ter
cia. ℟. Percuſſa gladio dat lac p
ſanguine collo Quam manus
angelica Sepeliuit uertice ſyna.
℣. Menbris uirgineis olei flu
it unda ſalubris. ℟. Quã. Gloria.
℟. Sepeliuit. Ad laudes antene.
Paſſionem glorioſe uir
ginis katherine deuote
plebs celebret fidelis que ſui me
mores deo commendat meritis et
iuuat beneficiis. a᷑. Poſt plurі
ma ſupplicia martyr alma ad de
collandum eſt ducta ad celum
tendens oculos collum ſubmittit
gladio orans dat gloriam deo. a᷑.
Expecto pro te gladium ihesu
rex bone tu meum colloca in para
diſo ſpiritum. et fac miſericordi
am meam agentibȝ memoriā.
an̄. Vox de celis inſonuit ueni
electa mea ueni intra thalamū
ſponſi tui que poſtulas impetra
ſti qui te laudant ſalui fient. a᷑.
Quia deuotis laudibȝ tui me
moriam uirgo recolimus o beata
katherina ora pro nobis queſu
mus. hymne
Preſens dies expenda
tur in eius preconi
um cuius uirtus dilatatur
in ore laudantium ſi geſto
rum teneatur finis et ini
cium Hec imminente paſſi
one uirgo hec interſerit
aſſequatur ihesu bone quod
a te petierit ſuo quiſquis
in agone memor mei fue
rit Hinc hec caput ampu
tatur fluit lac cum ſan
guine angelorum ſubleuatur
corpus multitudine et ſy
nai collocatur in ſupremo
culmine Gloria et ho
nor deo. Ad benedictus. antene.
Prudens et uigilans uirgo qua
lis es cum ſponſo illo qui te ele

CL 212

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 212, CL_212_MP – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3h0v/9868/71939)